Johannes eps servus servorum dei. Dilectis filiis Universitati et Hominibus Terre nre Montis sancti Provin
tie nre Marchie Anchonitan. Salt et aplicam ben. Sincere devotionis affectus quem ad nos et Roman geritis ecclam multipliciaqz de nobis
et ipa ecclia merita exigunt ut vos specialis favoris gratia prosequamur. Exhibita nobis ex parte vra petitio continebat ut attentis dampnis et peri
culis que pro conservatione vre devotionis incurrisse qua ad nos et Roman ecclam geritis ab hostibus ipius ecclie sustinuistis huiusmodi devotionis et
intuitu recipiendi et sindicandi omnes et singulos Officiales in dicta vra Terra per vos electos et impostert eligendos absqz alicuius Rec toris
seu Officialis ipius Provintie licentia seu confirmatione de speciali gratia vobis concedere dignaremur. Nos igitur piis supplicationibus benigniu
impartientes assensum recipiendi reafirmandi et sindicandi omnes et quoscumqz Officiales per vos in dicta vra Terra electos et impostert
eligendos dumodo de Terris et locis nris et Roman ecclie duntaxat fidelibus ipos elegeritis absqz aliqua licentia seu confirmatione legati Mar
chionis Rectoris seu alterius cuiuscumqz Officialis per nos vel successores nros Roman Pontifices in dicta Provintia deputati vel pro tem
pore deputandi usqz ad sedis aplice beneplacitum vobis tenore presentium de benignitate ipius sedis aplice concedimus facultatem decernentes
nre intentionis esse qd si per nos vel successores nros Roman Pontifices huiusmodi gratia recipiendi et sindicandi Officiales vobis et aliis
nris Terris per nos vel predecessores nros concessa generaliter in dicta Provintia contingeret revocari ipa nra Terra Montissancti sub
generali revocatione non comprehendatur nisi in ipa revocatione expressa et de verbo ad verbum fieret de indulto huiusmodi mentio specialis
decernentes exnunc irritum et inane si secus super hiis aquoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Consti
tutionibus aplicis ac statutis et consuetudinibus dicte Provintie ceterisqz contrariis aut aliter disponentibus non obstantibus quibuscumqz
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis
autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum.
Dat Bononie xv kl Junii Pontificatus nri Anno Quarto.

pro

R. S. thesauraria Marchie fo
Jo. Julianus

M. de Bossis

Breue di sindicare
gli Officiali concessa
da Giouanni XXIII
N.° 31.°

1414